



Theses de interdicto vti possidetis,

<https://hdl.handle.net/1874/428356>

Theſes

*D E F N T E R D I C T O
V T I P O S S I D E T I S.*

Quas

D. F. N.

PRAE SIDE P R A E-
CLARISSIMO CONSULTISSI-
MO Q V E V I R O, DOMINO M ATTHAO
Entzlinio, I. V.D. LL. Professore ordinario, ac stu-
dij Iuris Decano spectatissimo, praeceptore suo ho-
norando, 4. Nouemb. publicè de-
fendendo tuebi-
tur

BARTHOLOMAEVS KELLEN-
bentz Süßenfis.



*T V B I N G AE,
Apud Georgium Gruppenbachium.
ANNO 1586.*

Леген

ОГРЯТУХ ЗА
АЛЮСІДАХ

Дні

У А Ф

ПРАЕСІДЕ ПРА

СЛАВІСІМО ГОНСАТИСІЕ
Кононів, Доніків, Канев
Федорів, Н.Д. Г.І. Гоголь, Олійник, Степан
зі землі Деснянської, Кінбурнської, Кременчуцької
Іванів, Маркіянов, Кропивницький, Красноград

Іванів, Кропивницький, Красноград



Іванів
Кропивницький
Красноград

THESES DE INTER-
DICTO VTI POSSI-
detis.

PARVM QVONIAM NOBIS,
legum beneficia, rerum acquisitioni suffragan-
tia, proficerent, earum finibus denegarent re-
tentionem. Ut igitur & has pacifice possidere,
ijsq; liberè vti possemus, Prætor interd. clm
hoc vti possidetis prodidit : eo nobis contra ini-
quas aliorum turbationes succurrens.

I.

EST autem vti possidetis interdictum prohibitorium, retinen-
da possessionis, rerum immobilium, possessoribus competens, ad-
uersus iniquè in earum possessione eos turbantes, vt à turbatione
desistant, & de in posterum non amplius turbando caueant, ac
interesse etiam præterita molestationis præstent.

II.

Idq; duplex est: Intentari enim aliquando solet, cùm ambo
litigantes se possidere contendunt, vt sciatur, quis actoris partes
in petitorio sustinere debeat: Aliquando verò, ne quis inquis alio-
rum turbationibus inquietetur, sed vt liberè in possessione rerum
suarum versari, ijsq; vti pos sit.

III.

DIRECTVM omnibus ijs cōceditur, qui rem immobilem
ab aduersario non vi, non clam, non precario possident.

IV.

Vnde nihil refert, etiam si à ceteris, quam aduersario, rem
vitiosè possidere cōperint.

V.

Præterea & ei quoq; cuius res ex iudicij autoritate, Sequestro
commisso sunt, cōcedi solet.

4.

VI.

Creditor etiam ex conuentione, item ob executionem rei iudicatae, etiam in personali, & ex primo decreto, pignus possidens, hoc interdictum rectè intendit.

VII.

In possessionem verò, ob contumaciam ex prætoris editio non cauientium, iudiciali item citationi non obtemperantium, etiam in reali & hypothecaria, ex primo decreto missis, denegatur.

VIII.

Carterum fructuarius, vasallus item, & Emphyteuta, num directum hoc interdictum habeant, controverri solet? Et non habere rectius existimamus.

IX.

Nec quicquam refert, dominus ipse, siue alius eius nomine possessionem tenens, impediatur.

X.

Vnde si colonus turbetur, dominus id efficaciter intendit.

XI.

Heres verò, antequam apprehendat possessionem, (præter quam damnorum nomine) eo uti nequit.

XII.

Velii hoc interdicto omnes ij, qui in q. possessione iuris alicuius, puta iurisdictionis, non antiquæ solum, sed de nouo etiam concessæ, iuris item venandi, & aliorum, impediuntur, (si peculiari remedio eis prospicuum non sit) rectè experiuntur.

XIII.

DATVR autem aduersus omnes, qui rerum immobilium possessori, inquis turbationibus molesti sunt.

XIV.

Turbatio verò tunc demum huic interdicto locum facit, quando per eam talis exercetur vel prohibetur actus, ex quo possessio nis resultat probatio.

Nihil

s.

XV.

Nihil quoq[ue] refert, per se quis, vel per alium inquietet.

XVI.

*Nam & mandans & mandatarius, qui facti iniquitatis non
fuit ignarus, aequaliter tenentur: Alter tamen, praestando litis
aestimationem, alterum liberat.*

XVII.

*In haeredem vero, nisi & ipse possessori obliterit (præter quam
damnorum à defuncto illatorum nomine) concedi non solet.*

XVIII.

*An aut petitorii cum hoc possessorio cumulari possit, ambigi-
tur? & si simplex tenuta per petitorii exigatur, id posse afferimus.*

XIX.

*Quod si etiam dolus aduersarij arguatur, non civiliter solum,
sed & criminaliter agi potest, ita ut earum cumulatio actio-
num admittatur.*

XX.

*Agere autem regulariter potest, & coram iudice loci, in quo res
sit, & coram iudice turbationis, in cuius territorio vis
comissa est.*

XXI.

*Quod si laicus, in possessione vel q[ui]a iuris, vel rei spiritualis,
turbet clericum, iurisdictionem clerici declinare nequit.*

XXII.

*UT autem actor in hoc iudicio obtineat, duo ei probanda in-
cumbunt: possessio videlicet, & turbatio.*

XXIII.

*Etsi autem possessio eius, aduersarij respectu, vitio carere de-
bet: istud tamen docere non cogitur.*

XXIV.

Vnde probatione tituli onerari nequit.

XXV.

Sufficit enim, si reus possessionem suam non probauerit, per actus aliquos possessorios, culturam videlicet, reflectionem item, &c. ostendere, se turbationis tempore possedisse.

XXVI.

Nec deniq; possessionis qualitatem, ut & turbationis, locum item vel diem, nisi aduersarij intersit, allegare necesse habet.

XXVII.

Reus verò, excipiendo offerens sese ad dominij probationem, num admittendus sit, quæritur? Et non admittendum concludimus.

XXVIII.

Spoliationis tamen exceptionem, altiorem que non requirit indaginem, tam ante, quam post litem contestatam, obijciere non prohibetur.

XXIX.

P O R R O si reus recoueniat actore possefforio recuperandæ statim atq; intentionem suam probauit, sententia ferenda, & actor à iudicij limine repellendus es.

XXX.

Vnde sententia in hoc iudicio lata, non parit exceptionem rei indicatae, in possefforio recuperandæ.

XXXI.

Regulariter autem in hoc iudicio sententiam is obtinet, qui de antiquiore & continuata posseffione accuratius probauit.

XXXII.

Cùm verò probationes tām ratione tituli, quam posseffionis sunt pares, quid pronunciandum sit varie inter D d. concertatum es? Nos istud, cùm ob rerum ac circumstantiarum varietatem, certi quid definiri nequeat, arbitrio ac discretioni iudicis superioris, committimus.

Minori

XXXIII.

*Minori deniq^{ue}, si ex sententia, in hoc interdicto lata, laudatur,
restitutionis beneficio prospectum est.*

Coroll. I.

INTER personas immediate imperio subiectas, si noui iuris querendi gratia, pignora capiantur, in Camera imperiali, mandata sine clausula vna cum annexa citatione, ex saluberrima constitutione per utiliter, decerni solent, ut pignorator statim res ablatas restituat, & ius suum, si quod pignorandi habuit, in termino praefixo, sub pena perpetui silentij, deducat.

II.

Nec ullae exceptionis gratiae eiusmodi mandata, præterquam sub & obceptionis ex defectu iurisdictionis, & ex delecto, &c. recipiuntur.

F I N C I S.

1734088

OCN 68509664

MEMOIRS

of the life and times of George Washington

and of the American Revolution

CHAP. I.

LAWRENCE, MASS., NOVEMBER 10, 1775.
I have the honor to inform you, Sir, that I have
been requested by General Washington, to receive
the sum of one thousand dollars, as a gratuity, for
my services in the cause of America, and I am
glad to assure you, Sir, that I have no objection to
it, provided it is paid me in money, and not in
any other form.

A.

NEW YORK, NOVEMBER 10, 1775.
Sir, I have the honor to inform you, Sir, that I have
been requested by General Washington, to receive
the sum of one thousand dollars, as a gratuity, for
my services in the cause of America, and I am
glad to assure you, Sir, that I have no objection to

FAYE